1

Estado de Orani.

231-19

Leg. 3. N. 18 F. 211.

Fha: 18 de Agto. de 1615.

Sentencia

pronunciada por la Real Auda. de Valencia, en favor de Da. Lucrecia Ruiz de Corella, hija legitima de Dn. Geronimo Ruiz de Corella, hijo legitimo, y primogenito de Dn. Eximeno Perez Ruiz de Corella, Conde de Cocentayna, y de Da. Guiomar de Moncada, hija asimismo legitima, y primogenita de Dn. Fran.co de Moncada Marq. de Aytona: y en favor de Dn. Pedro Maza, Carroz de Ladron, Marq. de Terranova, y Marido de dha. Da. Lucrecia, y contra el ~~Procurador de~~ Dn. Geronimo de Corella, heredero del Conde don Ximen Perez de Corella en el pleyto, q. seguian sobre la satisfaccion del dote de esta Sra.; por la qual dha. R.

Este Dn. Geronymo de Corella pe. de da. Lucrecia es distinto del otro con qn. se tuvo el Pleyto i contra qn. se dio la sentencia, p. consta de ella misma q. havia muerto el pe. de da. Lucrecia antes q. ella se casase, i q. dn. Ximen desheredo à su nieta da. Lucrecia, i nombro pr. heredero à otro Dn. Geronymo de Corella su sobrino, q. es el contra qn. se sentencio.

Aud.a condenò, atentos los meritos del proceso,
al nominado D.n Geronimo de Corella
à satisfacer y pagar al citado D.n Pedro Ma
za por el dote de dha su Muger D.a Lucrez.a
250 lib.s moneda de Valen.a de los bienes here-
ditarios del referido Conde D.n Eximeno
y Abuelo de D.a Lucrecia, q.e el esta
ba poseyendo, juntam.te con el interes, ò redi-
tos caidos, y q.e caieren à razon de cinco
por ciento, desde el dia en q.e contraxo el
matrim.o con dha D.a Lucrecia, hasta el de
la real solucion de dha dote; mas enten-
diolo y declarado, q.e los Marqueses de Terra-
nova sobredhos fuesen obligados, à compensar,
ò recivir en cuenta, asi por razon de dicha
dote, como de los reditos, ò interes de ella, todo
lo q.e constare haver recivido de dho D.n Geron.o
de Corella, y q.e de otro apareciere deverse con-

pensar, ó Reciv.do en Cuenta: Reserbada la
liquidac.n de todo lo q. huviere q. liquidar.
Fue publicada esta R.l Senten.a por D.n
Juan Ant.o Abreu, Esc.no R.l de Mandam.to a 18
de Agosto de 1615: a instan.a, y suplicac.n
de Miguel Angel Perez de Meca Nor.o,
procurador: auzente la otra parte, citada,
y no compareciente.

GOBIERNO DE ARAGON

Ill.mo S.r

Vista q.e es buena
p.r filiación del
marq.do de Tirena

Orani

Leg. 3. N.18.

Attento quod ex contentis processus constat Illustrem

Dominam Lucretiam Ruiz de Corella nunc Mar

chionissam Terrenoue et eius illius curatorem dicto

nomine suditum hoc instituisse petendo eidem

Lucretiae tunc adhuc innuptae Dotem congruam assignari

ex bonis egregij quondam Eximenij Perez

Ruiz de Corella comitis Cocentayna avi sui paterni

eamq. deponi mandari in mensa numularia

siue tabula ciuitatis Valentiae ad saltam Regiae

Audientiae Regni Valentiae ad hoc vt matrimo-

nium contrahere posset, quod cum effectu

(Litte indecisa pendente) contraxit cum Illustri

Petro Maca Carros de Madron marchione

terrenouae, qui eidem litti se opposuit vel

immiscuit, Dotem per dictam vxorem illius interesse

petendo, eamq. prosequutus est et prosequitur

vxorem dictam vxore sua, quae instrumento

publico pactorum nuptialium siue capitulorum

matrimonialium inter ipsos initorum di-

175

Vigesimamensis februarij anni Millesimi sexcen
tesimi octaui penes Johannem Sancho Lopez
notarium publicum Valentie in dotem dicto viro
suo constituit summam seu quantitatem per eum
eamin hac causa petitam seu veriusei adiudicandam.
Et licet iuxta foros eiusdem Valentie Regni liceat
parentibus libere de bonis suis disponere quamuis
descendentibus suis legitimam aut aliquam aliam
bonorum partem nequaquam relinquant et nec
propterea eorum testamenta seu alie vltime
voluntates infringi seu impugnari possint
Dummodo de dictis descendentibus fiat mentio
ex pressamentis dicendo si aliquid vel nihil
ipsis relinquere Velle (nullo liberis prod"
dictis ad parentum bona saluo regressu) etiam
ad legitime supplementum agendum et per
dictum Comitem et Ximenium Perez de Corella
in et cum dicto suo vltimo testamento Condito
die Vndecima mensis aprilis anni Millesimi

decembris anni primi in civitate Abrigali
apud Franciscum Diaz de Vergara notarium
publicum dictae civitatis relictum fuerit dictae
Lucretiae nepti aliud legatum duplonis auri pro
parte et legitima et alio quocumque iure in bonis
testatoris eidem Lucretiae competente et alio
quocumque tempore competere poterat expresse
declarando velle se eandem neptem privare
caeteris omnibus bonis suis Itaut ex eis nihil
aliud praeter quantitatem legatam consequi
posset. Attamen nec patri praedicti obliga
tionem parentibus (etiam dum vivunt) incumben
tem dotandi descendentes suas tempore nuptiarum
tollere nec eos (etiam expresse volentes)
ipsorum re bona post mortem ab illa libe
rare intenderunt nec voluerunt et propterea
nec obligationem praedictam in suis ultimis
elogiis iidem parentes a se abdicare possunt

cum respectu aliorum omnium huiusmodi pro dicta alieno
habeatur, manifestum quod iuris est officium hoc
ad eos necessario spectare, primo quidem loco
ad patrem eo vero e medio sublato nullisque illius
extantibus bonis ad avum paternum pro modo
facultatum. Consideratis que ipsius et tres filij
et mariti cui nupserit qualitate seu conditione
caeterisque de iure considerandis, et Consideran
dis. Constat autem dictam Lucretiam esse
filiam legitimam et naturalem nobilium Hiero
nymi Ruiz de Corella filij legitimi et
naturalis et primogeniti dicti Comitis
Eximenij Perez Ruiz de Corella et domnae
Guiomarae de Moncada filiae pariter
legitimae naturalis et primogenitae Illustris
quondam Francisci de Moncada Marchionis
Aytonae et dictum Hieronymum patrem
obijsse nullis relictis bonis ex quibus dicta

filiania dotari possit, (quod saltem appareant)
superstite patrueo Comite Eximenio, qui
dum in humanis agebat onus alimenta praestan
di eidem nepoti suo per sententiam declaratum
fuit in eadem Audientia Regia. Et quamuis
Constet comitem praedictum antequam lis haec
inchoaretur decessisse instituto sibi herede
Vniuersali in praechalendato testamento
nobili Roderico de Corella fratre suo
patruele substitutis eidem Roderico primo
gradu et loco filio illius primogenito R
postea alijs eiusdem heredis descenden
tibus modo et forma in eodem testamento
expressis et in vim dictae dispositioni
Et talis eidem testatori successisse, eiusque
Vniuersalem hereditatem et bona possidere
nobilem Hieronymum de Corella et Alonea
filium dicti Roderici reum in hoc iudicio
Conuentum contendentem se ut postea heredem

extraneum dicti Comitis Eximenij avi paterni
dictae Marchionissae non teneri ad ipsam dotandum
cum si et bona praedicta ad avum pervenientem
spectasset, tamen (ei eius morte sequuta) non ad hae-
redem avitum translatum fuisset sed ad egregium
Gastonem Ruiz de Corella Comitem Cocentaynae
eiusdem Marchionissae fratrem utriusque
coniunctum et divitem, nec ad id extraneum
avi haeredem adstringi posse, nisi in subsidium
sublatis scilicet e medio omnibus personis
ratione sanguinis ad dotandum obligatis.
Verumtamen, et verius, et aequius est bona
avita ad haeredem praedictum extraneum
transiisse cum sua conditione onere scilicet do-
tandi neptem ex filio, cuius nulla exsta-
bant, seu apparebant bona ex quibus oneri
praedicto ei primo loco pertinenti
satis fieri posset, nec adversus fratrem
quantumvis divitem, illiusve bona propterea

agendum esse, nec agi posse, qui tunc demum
ad dotandum sororem teneretur si nulla exta
rent, nedum patris, verum nec avi paterni
nec aliorum quibus prius hoc onus incumbebat,
facultates. Quibus de causis Regiis
sententijs in sacro Regio consilio latis
inter easdem partes iubente fuit pronuntia
tum sententiam Regiam contra eundem exime
nium Comitem latam in super praestatione
alimentorum eidem ex proprijs suis facienda, exe
cutioni fore mandandam contradictum
eius haeredem extraneum ipsum ad praestatio
nem praedictam quatenus opus esset expresse
condemnando, et Gastonem comitem illius fra
trem ab eadem absolvendo. Ex quo consequitur
idem circa solutionem dotis ratione contracti
matrimonij, esse iudicandum quod circa alimen
torum praestationem ante initas nuptias fuerat
declaratum, cum ad eos spectet onus dotandi

qui alimentorum praestationi fuerunt sui tem
pores binoxii. Constat deniq. quinimo et notorium
est; tam dictam Lucretiam Marchionissam
quam Marchionem terranova, cui ipsa nupsit
esse ex utroque parente claro et antiquissimo
sanguine natos et dictum Comitem de Ximenium
tempore mortis amplissimum reliquisse liberum
patrimonium constitutioni aliarum dotium
descendentium suarum, praeterquam dictae
Lucretiae Marchionissae nepotis suae
tunc nequaquam obligatum. His itaque
et alijs meritis processus attentis deliberatione
et conclusionem in sacro supremo
Regio Aragonum Consilio sumptam nobis
transmissam insequendo pronuntiamus et de
claramus et dictum Hieronymum de Corella
et Moncada reum conventum condemna
mus ad solvendum dicto Petro Maca Carros
de Ladron Marchioni terranova pro dote

dictæ Lucretiæ Ruiz de Corella uxoris suæ
viginti quinque Mille libras monetæ huius
Regni Valentiæ, de bonis hereditarijs dicti
Comitis Eximenij Perez Ruiz de Corella
per ipsum possessis una cum earum interesse
decurso et decursuro ad rationem quinque
pro centenario, solvendo eidem Marchioni
a die contracti per eum matrimonij cum dicta
Lucretia Marchionissa (cum ab ea die illius
onera sustinuerit) usque ad realem dictæ
Dotis solutionem a qua etiam die cessent et cessare
teneantur alimenta eidem Lucretiæ Mar-
chionissæ (ut pro ea habetur) assignata. Hoc
intellecto et declarato quod Marchiones
de Terranova per dicti compensare
et sui computum accipere teneantur
tam ratione dictæ Dotis quam interesse
illius quidquid eos a dicto reo Conuento
accepisse constiterit quod de iure

13

Compensandum seu in computum accipiendum apparuerit liquidandorum omnium liquidatione reservata et neutram partium in expensis condemnamus. / Mayor R.

Vt. Don Raymundus Sans. Vt. Guardiola.
Vt. Arino.

Publicata fuit haec Regia sententia per Don franciscum Arceus Regium mandati scribam die 18. mensis augusti anno 1615. instante et supplicante Michaele Angelo Perez de Mecana procuratori altera parte absente citata et non comparente.

Valdes.

Sentençia en favor de mi Palomar
quando lo gani por la audiençia de
Valençia

GOBIERNO DE ARAGON